



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXII. De Liberis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

per actum libero non efficit actum necessarium. Bald. in l. i. C. de SS. Eccles. Pantfchm. 2. q. 1. p. 1. num. 26.

VI.

Non est libertas facere quod vis, sed quod quisque iudicio & ratione dedit. Alber. Gentil. 6. de nupt. c. 22. p. 566. & p. 568. Ratio, quod omnis libertas redigenda veniat ad regulas honestatis, quia honestas seposita est ab omni excellentia potestatis. Bald. in l. i. C. de oper. libert. adeo tamen non pugnat libertas & obedientia erga Leges, ut potius demum vera libertas sit, quae divinis honestisque legibus pareat. Unde Legum servi sumus Cic. lib. 1. de offic. inquit, ut liberi esse possimus, add. Gerhard. loc. de conjug. n. 84. vers. resp. i.

VII.

Administratio quamvis libera concessa, nunquam tamen includit donationem. l. 7. de donat. ratio, quia nemo suum jactare velle videtur. l. 25. ff. de probation.

VIII.

Liberorum corporum aestimatio nulla fieri potest. l. 2. §. cum in eadem. 2. vers. jactura summa ad L. Rhod. de jact. l. qua actione 7. in princ. ff. ad L. Aquil. homines enim liberi sunt impreiabilis, Cujac. ad d. l. in Paul. lib. 34. ad edict.

Hic Locus pertinet ad multos juris articulos: adeo nemo potest ob liberum corpus occisum ex L. Aquilia agere, nec quisquam deformitatem cicatricum aestimare. l. 1. §. sed cum homo. l. ult. ff. de his qui effund. vel dejec. l. 3. si quadr. paup. fecit. dicatur.

Declarare verum esse quoad ipsum corpus sive hominis membra, quae in nullius bonis & dominio sunt, l. liber homo 13. ff. ad L. Aquil. l. stipulantem. 83. §. sacrum. ff. de V. O. cum digniora ac praestantiora, quam quod pretium aliquod condignum eis respondere vel comparari possit. Secus quoad dolores & operationes per vulnerationes impeditas, quae omnino valent deduci in taxationem, prout videlicet unius membri operatio melior est, quam alterius l. ejus artificii 16. l. 38. ff. de oper. lib. Carpz. p. 3. quest. crim. 99. n. 30. Ubi ait de jure Saxonico hoc quidem (quod singulis membris hominum certam tribuit aestimationem pecuniariam) non procedere & andrecht. lib. 2. art. 13. & 16. cum Zobel. in gloss. art. 9. lib. 3. & andrecht. Matth. Coler. de processib. execut. p. 2. cap. 3. num. 51. n. tamen 32. sanctionem istam hodie non observari ex constit. Elect. 47. p. 4. tandem concludit.

Limitationem etiam quodammodo haec regula recipit in iis, qui pretii participandi causa se venundari passi sunt: hic enim in odium eorum, qui libertatem contemnunt, constitutum videtur, ut valeat venditio, & ita liberum corpus quodammodo aestimetur. §. 4. ibique Dd. Inst. de jur. person.

IX.

LIBERA quaelibet res praesumitur a servitute. l. fluminum. 24. §. ult. l. Proculus. ff. de damno infecto. l. alius. 8. l. adibus. 4. C. de servit. & aqua, princ. Instit. de libertin. Alciat. de praesumpt. reg. 2. praef. 3. Mynsing.

cent. 5. observ. 25. Rebuff. in tract. congrua portionis, n. 127. Bonacof. tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit. 21. communia servitutum. n. 56 pag. 425. Bertazol. de clausulis instrum. claus. 21. gl. 1. n. 1. Menoch. de arbit. lib. 2. casu 156. & de praesumpt. lib. 3. praef. 89. n. 1. ubi n. 6. ampliat etiam stante quasi possessione servitutis, & praef. 91. & lib. 6. praef. 29. & conf. 2. n. 43. & conf. 75. n. 4. & conf. 127. n. 17. Masc. de probation. concl. 79. & concl. 209. & concl. 1214. n. 17. & concl. 1395. Thesaur. Pedem. decis. 216. Brun. a Sole in locis comm. verb. res. 4. Sürd. decis. 177. n. 1. Mari. Ant. var. resol. lib. 1. resol. 95. n. 8. Valasc. de jure emphyt. q. 51. & consil. 82. n. 6. Castill. quotid. lib. 1. de usus. c. 7. numer. 10. Steph. Grat. discept. forens. tom. 4. c. 657. n. 39. [Unde & natura res omnes censentur liberae & allodiales, non feudales, c. 1. §. 2. si de feud. defunct. sit contr. int. Dom. 2. f. 26. ubi Belvisianus p. 131. Afflict. in c. 1. n. 280. ex quibus caus. feud. amitt. quam juris praesumptionem esse respondit Menoch. conf. 395. n. 2. vol. 4. ubi & Alvarot. in c. 1. de contr. inter mascul. & fem. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 79. num. 6. Rol. a Valle conf. 2. n. 11. vol. 3. Cephal. consil. 4. n. 30. vol. 1. Gail. 2. obs. 69. n. 5.]

Persona etiam libera praesumitur. Hinc si quis tanquam adscriptitius vindicetur, is autem scilicet esse neget, ut libertate detinendus est.

Limita (1.) ut conventus fidejussorem det de rebus eventualiter Domino vincenti in causa restituendis, (2.) si dominus per 10. annos se reditus percepisse probet, Dominus in jure suo contra Libertatem defendi debet. Brunnem. ad l. 20. C. de agro, & consil. in pr.

X.

Nemo in libertate constitutus sordida reipublicae munera suscipere cogitur l. 1. 2. C. ne quis liber invitus. Spontè autem suscipere quilibet potest l. fin. C. de his qui sponte. Excipe (1.) Curiales. l. 31. C. de decur. Perez. C. ne quis liber. n. 1. 2. 4. 5. (2.) viles Personas, qui uti possunt compelli militiae nomen dare, ita & deficiente alicubi carnisce ejus munus subire Perez. ibid. n. 5. scilicet in extrema necessitate. Brunnem. ad d. l. C. in fin.

CAP. XXII.
De Liberis.

Axioma I.

Liberi vivo adhuc parente Domini paternorum quasi habentur. l. 11. de lib. & post. §. 2. Inst. de hered. qual. & differ. Liberis enim à Deo & Ecclesia nihil magis debetur, quam paterna hereditas, cap. quicumque 17. q. 4. l. cum mrit. 7. ff. de bon. damnat. l. scripto. 7. in. fin. ff. tab. testam. extab. Gædd. 1. Conf. Marp. 26. num. 25. ideoque quoad parentum successionem non tam in allodialibus,

alibus. §. intestatorum. i. Instit. de hered. que ab
inest. §. fin. autem Instit. de hered. qualitat. l. i. ff. si
quis. ordo in bon. poss. quam in feudalibus omni-
bus aliis præferuntur cap. i. in princ. de success.
feud. cap. i. §. quia de his qui feud. dar. cap. i. in
quib. caus. feud. amitt. Regn. Sixt. 2. conf. 9. n. 93.
hinc maxime providendum ne quid circa liberos
iniquum accidat. Auth. nunc autem. post l. 20. C. de
Episc. & Cler. l. 7. in fin. unde liber. Inde est quod
ipso jure in liberos paterna hereditas censeatur
continuari. d. §. 2. damnatis & deportatis paren-
tibus non omnia eorum bona confiscantur. l. 7. de
bon. damnat. nec laudemium in Emphyteutam
succedenti veniat solvendum Carpz. cum alleg. i.
conf. 88. n. 6. p. 2. def. Ar. 39. 21. & p. 3. conf. 15. def.
38. ubi proxima hujus reg. vid.

Amplia hanc regulam, quod licet in compara-
tione suorum heredum liberi matri pro extraneis
habeantur, in comparatione tamen extraneorum
etiam viva matre quodammodo Domini mater-
norum bonorum dici possint, ita ut ob conjun-
ctionem sanguinis eadem cum matre persona fin-
gantur ad instar suorum, l. ult. C. de impub. sub-
stit. Unde etiam fit, ut hereditatem tantum dela-
tam non aditam transmittat. l. ultima C. de his qui
ant. apert. tab. Carpz. part. i. conf. 29. def. 96.
ubi ad hanc materiam vid. plura.

Limitationis tamen seu declarationis loco no-
ta, quod liberi hoc respectu nihil sibi juris in bo-
nis patris nedum legitima prætereant, sed
ista fictio juris tantum procedat, quoad spem suc-
cessionis & necessitatem alimentorum. vid. Carpz.
zovius cum alleg. p. 2. conf. 12. def. 36.

II.

Natura æquum ut liberi parentibus pareant. l.
2. de just. & jur. l. 28. C. de inoff. testam. l. 3. l. 4.
C. de patr. potest. liberi enim pietatem & obedi-
entiam non operas debent, l. nulla cum 10. ff. de obseq.
prestand. (adduci etiam solet. l. 6. de his qui sui
vel alien. jur. sed is textus revera non de naturali
obedientia, sed civili potestate loquitur, nec sanè
hoc casu plus patri quam matri debent, l. 4. de
Cunt. jur. hinc est quod nec mater possit in jus
vocari, l. parentes de in jus vocand.) Unde nul-
lum actum gerere possunt, per quem honor pa-
tris læditur. Carpz. p. i. conf. 29. def. 28. cum
liberi ideo in hunc mundum natura sint procrea-
ti, ut parentibus prosint non autem obsint. l. 3. §.
si filius. 4. ff. quod quisque jur. statuerit.

III.

Æqualitas inter liberos jure naturali est funda-
ta. l. 77. §. dulcissimis 20. de legat. 2. l. 4. C. com-
mun. divid. l. ult. C. commun. utriusque jud. Un-
de indubio illa tenenda est regula, per quam libe-
ri ad æqualitatem redigantur. Tiraquell. de pri-
mog. quest. 4. princ. ubi latissime & elegantissi-
mè more suo deducit & declarat Hartman. Pi-
stor. p. 2. quest. 38. num. 71. Carpz. decif. 81. n.
10. & 11. quoniam imò semper præsumitur parentes in-
ter liberos æqualitatem servare velle, l. illud 20. C.
de collat. l. cum pater 77. §. evictis §. ubi gloss. de
leg. 2. l. questum 12. §. 43. vers. sed & ipse de fund.
instruēt. nisi evidenter de mente parentis, quod
in æqualitatem inter liberos servare voluerit, ap-

pareat, Socin. conf. 127. num. 23. conf. 3. Hartm.
Pistor. lib. i. quest. 19. n. 11.

IV.

Liberis non licet impugnare factum patris, l.
14. C. de rei vind. ubi Dd. Berlich. cit. à Carpz. p.
2. conf. 12. def. 10. n. 7. Decet ergo liberos paren-
tum dispositionem sacrosanctam habere, l. fin.
Cod. famil. heredit. Alias enim liberis præ ceteris
vitio dari potest, quod frequenter obijci solet a-
pud Tragicos, quale est illud: Nullus fidus est ho-
minum amicus tumulo, ut Euripides dixit, cui as-
sentit & Sophocles: Pape quam cito apud homi-
nes mortui gratia diffluit. Et vetus Poeta Archilo-
chus inquit: gratia pietatis quæ fieri solebat inter-
rit cum quis domo offertur. Confil. Argent. i. conf.
63. num. 41. & seqq.

V.

Liberi progenitorum suorum solent imitato-
res esse, & sæpe solet similis filius esse patri, gl. in l.
quod finolit. §. qui mancipia. ff. de edilit. edict. l.
quisquis §. 1. verb. inquit. C. ad L. Jul. Majest.
& in cap. si quis 6. quest. 1. Vultej. i. conf. Marp. §.
n. 87.

VI.

Liberi in nuptiis legitimis non matris, sed pa-
tris conditionem sequuntur. l. cum legitimus 19. de
stat. hom. l. liberos 10. ff. de Senat. & familiam eo-
rum. l. familia appellatione 196. de V. S. Regner.
Sixtin. lib. 2. Confil. Marpurg. 9. n. 28.

VII.

Liberos innoxios tanquam nocentes puniri
iniquissimum. Novell. 12. in prefat. cit. à Carpz.
p. 3. conf. 6. def. 12. n. 6.

VIII.

Mutato concubitu parentes depravantur præ-
latis filii posterioris copulæ, neglectis autem his
qui ex priore geniti sunt. Ambros. 6. Hexam. ele-
ganter Imp. in l. 22. C. de admin. tut. novis maritis
mulieres non solum res filiorum, sed etiam vitam
addicunt. add. Cujac. in part. C. de secund. nupt.

IX.

Liberi Reipublicæ magis quam parentibus nati
sunt. l. 1. §. si ea 14. ubi Bart. de ventr. in posses-
sion. cit. à Wesenb. in part. de rit. rupt. num. 6.
Itaque ad Reipubl. utilitatem bene educandi sunt.
Perez. C. de cohortal. & princip. n. 17.

X.

Liberi parentibus varia tribuunt privilegia, e-
g. excusationem à gerendo Magistratu duodecim
liberi. Perez. C. de decur. n. 18. & decurio habens
liberos præfertur non habenti. ibid. imò duo-
decim liberi excusant ab oneribus personalibus
& realibus exceptis extraordinariis ad necessita-
tem publicam. Brunnem. Cod. de decur. col. 8. Pe-
rez. C. de iis qui numero liberor. n. 2. 3. 4. hodie
tamen liberi non excusant à patrimonialibus. Pe-
rez. eod. n. 6. in fin. Singuli liberi singulos annos
demunt quoad suscipiendos honores l. 2. ff. de mi-
nor. ob favorabilem liberorum causam bona
damnatorum iis relinquuntur l. 7. §. 3. de bon.
damnat. Quinque liberi patrem excusant à mu-
neribus personalibus l. 1. §. 2. l. 8. de vacat. mun.
licet non ab oneribus honori coherentibus l. 1. C.
de iis qui numero liber. Perez. C. eod. numer. 1. 2.
excusant quoque ab officiis publicis autoritate
non

non utilitate l. 3. C. eod. Tres liberi excusant à legatione. Perez. C. de Legation. n. 17.

XI.

Juri ex liberorum supervenientia orto eatenus licet renunciare, in quantum non læditur liberorum legitima. Carpz. P. 2. Const. 12. def. 33.

Ratio: quia in tantum valet renunciatio, in quantum valet alienatio, cum qui renunciat, alienet. Sicuti ergo alienare licebat omnia bona usque ad legitimam liberis etiam existentibus, quidni etiam renunciare liceat in casum, quod supervenerint liberi. Zoesl. ad ff. de Donat. n. 108.

Limita: modò specialis fuerit renunciatio: nam generalis idem non operabitur, cum sit stricti juris l. sed et si §. 4. ff. si quis caut.

CAP. XXIII.

Libri.

Axioma I.

Omnes libri improbatæ lectionis protinus corrumpendi, l. 4. §. 1. ff. fam. hercisc. eoque fundamento libri magici, item heretici & damnatæ religionis solent comburi. l. 6. §. 1. C. de heret. Nov. 42. cap. 1. quæ consuetudo in hoc usque tempus observatur, vid. Sleidan. l. 2. comment. sub fin. Ita olim pagani Principes volebant comburi Codicem S. & alios Christianorum libros abolendi Christianismi causa. Baron. in An. 302. §. 16. & seqq. Scribuntur vero quidam libri πρὸς εὐδοσίαν; alii πρὸς ἐκείνων, inquit Dieteric. in Antiloquio sui Jatrei, pag. 7. conf. supra. Lectio.

II.

Libri & Registra tributorum habent vim probandi. Brunnem. ad l. 2. C. de fund. rei private. in fin. item libri publici, Stadt & Cangel. Gerichts Bücher. Roland. de commissar. p. 2. l. 5. cap. 6. Wehn. in obs. pract. verb. Bücher & scripturæ vel libri officialium Beust. in l. admonendi num. 844. ff. de Jur. Jur. Sic libri genethliaci Stamm Bücher in archivo familiae asserati plenè probant propter antiquitatem, Gail. L. 2. obs. 149. n. 7. & libri parochiales Tauf Bücher probant ætatem. Fiv. 1. decis. 184. Porro libri Nobilium, Erb Register / Erb Bücher probant contra rusticos, si ordine sint conscripti & antiqui. Moller. 4. sem. 37. Libri feudales contra vasallos. Zaf. vol. 2. conf. 15. num. 1. libri rationum, Niechen Schuld Bücher contra scribentem, si sint completi habeantque causam debiti assignatam Befold. Thes. pract. verb. Niechen Bücher. adde Gail. L. 2. obs. 20.

CAP. XXIV.

De Licentiatis.

Licentiatu ex eo dictus, quod licentiam titulum Doctoris assumendi consecutus sit, & pro Doctore plerumque habetur, maxime in favorabilibus Ziegl. de Jur. Majest. p. 375. Utrum vero Licentiatu alibi, quàm ubi Licentiam adeptus, Doctoris gradum petere possit, vid. Ziegl. d. l.

Menoch. de arb. judic. quest. cas. 371. n. 16. 17. Wensleb. ad tit. Cod. de Monopol. ad l. 1. pr.

CAP. XXV.

Licitum, Illicitum.

Axioma I.

Non omnia quæ licent honesta sunt. l. non omne 144. de R. I. idcirco oportet à multis licitis abstinere, Paul. 1. ad Cor. 6. & est text. in cap. alind quidem 34. n. quest. 1. ubi gloss. varia adducit exempla, & præsertim, quando quis petit quod suum est, quia licitè quidem petit, si tamen ex eo offenderentur alii, honestè non peteret, prout, not. Albert. Brun. p. 3. Natur. q. 62. incip. questio talis ad fin. Specul. in tit. de Leg. §. nunc ostendendum. col. pen. in fin. Consil. Arg. 1. conf. 9. n. 221. Unde quamvis multa de urbanitate non licere dicantur, quæ ipso jure sunt licita, Ullill. in §. sic itaque n. 31. Inst. de Act. Cujac. 16. obs. 12. Forster. 4. Instit. disp. 4. p. 588. inde tamen de dignitate Jurisprudentiæ civilis nihil decedit. Eatenus enim tantum licere intelligenda sunt, quatenus non expressè prohibeantur, vel pœna aliqua coercerentur, non autem quod vel approbentur, vel impunita esse jubeantur, sed potius propter decisionem & ad singularem applicationem religioni judicantium relinquuntur. fac. l. questum 13. ff. de test. quorum consequenter etiam erit, non tam id quod licitum, quàm quod honestum respicere. l. in conjunctionib. 197. de R. I. & interdictis etiam singularibus prohibere, quæ expressè per leges prohibita non sunt. l. 10. ff. de cusat. furios. l. is cui 18. pr. ff. qui testam. fac. poss. quin & de non prohibitis leges ferre prohibitivas, §. ult. Inst. qui sui vel alien. jur. quamvis nec omnia ad nullum redigere vel possint vel debeant, fac. l. 2. C. de reb. cred. vid. Petr. Fab. add. l. 197. in pr. & Boccr. de investit. feud. c. 3. n. 84.

II.

Illicitæ rei dans operam, tenetur de omni eo quod consequitur. l. 6. C. ad L. Jul. de vi publ. ubi vid. notata Carpz. 1. qq. crim. 1. n. 29.

III.

Licentiam aliquando restringi maxime interest, quorum restringitur. §. 1. Inst. de milit. testam. pr. Inst. ad L. Falcid.

IV.

Quod non est licitum necessitas facit licitum, cap. 3. de fer. l. 1. de offic. ejus cui mand. jurisdict. l. 5. de hered. petit. l. 3. C. de fer. Ratio, quia necessitas non habet legem, c. 4. de consuet. c. 2. §. fin. de obs. jejum.

Declarationis loco notandum, hanc regulam non de præcisa & absoluta necessitate intelligendam, sed imminens quoque majus periculum & damnum aliquando ex non licito licitum facere. dd. ll. add. l. 1. §. 2. cum ll. seqq. de fer. vid. infr. lib. 12. c. Necessitas.

V.

Quod quis per se non potest, nec potest alieno, & vice versa, vid. c. potest quis 68. de R. I. in 6. ubi quæ Dyn. ubi etiam fallentias addit.

VI.

Non debet cui plus licet, quod minus est non licere. l. 21. ff. de R. I. cap. cui licet 54. eod. in 6. ubi

Pp

Dyn.